

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 2732

**Auteur(s) :** Silvestre Lepleur [particulier]

**Auteur(s) :** Marguerite, femme de Silvestre Lepleur [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Robert Roignon [clerc]

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1294, 17 novembre

**Action juridique :** vente

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Vente par Silvestre Lepleur à Robert Roignon de douze sols de rente pour cent sols tournois, à lui dûment payés.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Barret Philibert (Abbé), *Cartulaire de Marmoutier pour le Perche*, Mortagne-au-Perche, Meaux (Documents sur la province du Perche ; 3e série, 2), 1894, n° 250, p. 236-237.

Texte établi d'après a

Universis..... Silvester dictus Leplaeour et Marguareta uxor ejus, salutem in Domino.  
Noveritis quod nos de communi assensu nostro vendidimus et in perpetuum concessimus domino Roberto dicto Roignon presbytero et suis heredibus, ac suo mandato, pro centum solidis Turonensisibus, nobis pre manibus a dicto presbytero integre persolutis in pecunia numerata, duodecim solidos monete cursalis patrie, annui et perpetui redditus, ad festum Sancti Remigii, annuatim a nobis et nostris heredibus dicto presbytero et suis heredibus, ad domum suam de Origneyo Ruffo persolvendos, sitos et assignatos super totum hebergamentum meum cum suis omnibus pertinentiis et super duas terre mee pecias, una quarum jungitur ex uno latere et ex uno boto terre Aylie, sororis mei Silvestri, et ex altero latere cheminio quo itur dou Petit Clinchamp apud Sanctum Frogentium. Alia vero terre pecia acostat predicto cheminio ex una parte, et ex altera, terre quam acquisivimus a Stephano Lepleaur, et abotat ex uno boto hebergamento Guillelmi Blesis. Et dictum hebergamentum est inter hebergamentum quod condam fuit defuncti Ruffi Legembre, ex una parte, et predictum cheminum ex altera, et abotat hebergamento Roberti Lemercer ; que omnia sunt sita in parochia de Origneyo Ruffo, in feodo domini de Chancenay.... In cuius rei testimonium nos predicti Silvester et Marguareta uxor ejus dicto presbytero et suis heredibus ac suo mandato presentes litteras propriis sigillis nostris una cum sigillo de Castellania Bellismi dedimus sigillatas, ad majorem certitudinem omnium predictorum.

Nos vero ballivus de Alenconio, ad petitionem parcum et ad relationem Johannis de Feritate, ad hoc de mandato domni Comitis deputati, in cuius presencia omnia et singula premissa confessa fuerunt a partibus esse vera, sigillum de Castellania Bellismensis una cum sigillis dictorum Silvestri et Margarete uxoris sue presentibus litteris duximus apponendum, salvo jure domni Comitis et omnium aliorum.

Datum anno Domini M° CC° nonagesimo quarto, die mercurii post festum Sancti Martini yemalis.